



Handwritten text in cursive script, possibly a signature or name, located in the upper left quadrant of the page.

23
CINERES
NOBILISSIMÆ MATRONÆ
DOROTHEÆ BOSSOVIÆ,

VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
ATQVE EXPERIENTISSIMI

DN. JACOBI JANI,
PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ OLIM DOCTORIS
FAMIGERATISSIMI NEC NON POTENTISSIMORUM
DANIÆ ET NORVEGIARUM REGUM ARCHIATRI
FELICISSIMI

RELICTÆ, JAM BEATE DEFUNCTÆ VIDUÆ

IN
IPSIS EXEQVIIS

D. XXXIIX. OCTOBR. M. DC. XCVI. 1696

DEBITA LACRYMA SPARSOS

CONDECORARE

VOLUIT

M. GOTHOFREDUS Steinbrech,
RECT. TORG.



TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPL.

Videtur in

Vide

Virtutum integritate

Morum Honoris

Confidit



O MEI!

Quid lugetis? quid fletis?

Fortè:

(Si conjicere fas, at tamen facilè est:)

Oculis Vestris est creptum,

Oculis quod carius.

At

Oculis quid carius?

Qvis dubitet?

Namque

MATER dulcissima

AVIA suavissima

NUTRICIA mellitissima

dolor!

Obiit, abiit.

Sic est:

Abiit, ut non obiret.

Obiit, ut placidè abiret,

Æternùm beatissima.

Cur?

Vixit, non vixit.

Vixit Deo, Mundo non vixit.

Sibi vixit. At sibi, non sibi.

Hoc est:

Non cupiditatibus vixit suis

Quippe Matrona

Vitæ pietate

Virtutum integritate

Morum Honestate

Conspicua.

Hinc

Sibi quidem & Naturæ satis vixit
Numeroso annorum numero,

Pietatis præmiò,
Divinitus cumulateqve cumulata.

At verò satis non vixit
Non Proli satis, non satis Nepoti,
Matris Aviaëqve expectatissimæ

Obitum & Abitum
Acerbis lacrymis prosequenti;
Non vixit pauperum gregi satis
Beneficam Nutriciam deploranti.

Quid igitur mirum?

Si ipsius Vita, non Vita.
Vita ipsius si jucunda, si acerba.

Jucunda in Vita,
Acerba in Morte.

Quid mirum?

Si beatè defunctæ Vita
Satis quidem longæva
Agnatis tamen & Egenis

Non Vita,

Quippe quorum oculis spem præter erepta
MATER, AVIA, NUTRICIA
Vix vixisse visa.

Sed quid visa?

Nam

Vita Lugentibus vix visa,
Beatæ Matronæ est vita æternùm duratura.

Scilicet

Ipsius Mors, non Mors.


Qva-

Quare?
Vivit in Morte Virtutis Ipsius Splendor
Jugiter perstiturus.
Vivit Benedictionis Vigor
Posteris nunquam intermoriturus.
Vivit bonæ Famæ Decor
Nunquam desiturus.

Nam
Desiit vivere, ut inciperet.
Incepit mori, ut desineret.
Quid igitur est,

O MEI!
Quod lugetis, quod fletis?
Ereptum oculis, oculis quod carius,
Neutiquam est ereptum.

Namque
Mortua Viva
Vivendo moritur
Moriendo vivit,
& Nos
Vivendo mori
Moriendo vivere
docet.



AB 180007


ULB Halle 3
002 378 078



Sb.

VD 17





CINERES
NOBILISSIMÆ MATRONÆ

PHARMACOPŒE BOSSOVIÆ,

VIRI
PULCHRIMISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
ET EXPERIENTISSIMI

COBI JANI,
MEDICINÆ OLIM DOCTORIS
NEC NON POTENTISSIMORUM
VEGIARUM REGUM ARCHIATRI
FELICISSIMI

BEATE DEFUNCTÆ VIDUÆ

IN
HIS EXEQVIIS
K. OCTOBR. M. DC. XCVI. 1696
LACRYMA SPARSOS
CONDECORARE
VOLUIT

FREDUS Steinbrech,
RECT. TORG.



TORGÆ,
HANN. ZACH. HEMPL.

